

CUIUS SUPRA AEGYPTIIS¹ ² DIRECTA.

[H. 10] Carissimis³ ⁴ fratribus per Aegyptum domino militantibus Zepherinus Romanae⁵ urbis archiepiscopus.

Tantam a domino huius sanctae sedis et apostolicae ecclesiae fundatore et beato Petro
5 principe apostolorum accepimus fiduciam, ut pro universali Christi sanguine redempta
ecclesia impigro⁶ laboremus⁷ effectu et omnibus domino famulantibus succurramus et cunctis
pie viventibus apostolica auctoritate opem⁸ feramus⁹.

Omnes, qui in Christo volunt pie vivere, necesse est, ut ab impiis et dissimilibus patiantur¹⁰
opprobria¹¹ et dispiciantur¹² tamquam stulti et insani¹³, ut meliores et purgatiores¹⁴
10 efficiantur, qui temporalia bona perdunt, ut percipiant aeterna. Eorum vero dispectio¹⁵ et
irrisio in ipsos¹⁶ retorquetur¹⁷, qui eos affligunt et contumeliis afficiunt¹⁸, cum et
abundantia eorum in egestatem¹⁹ et superbia²⁰ transierit in confusionem.

[H. 11] Nuntiatum²¹ est enim sedi apostolicae per apocrisarios²² vestros quosdam fratrum
nostrorum episcoporum videlicet ab ecclesiis et sedibus propriis pelli²³ suaque eis auferri

Quellen:

4f.: *Tantam - fiduciam*, init. Leon. M. ep. 43. (1, 907). Cf. Dion. 4, Lib. 1, Bonif. II. pp. ep. 1.

5f.: *ut pro - effectu*, init. Leon. M. ep. 16. (1, 715). Cf. Sot. 3, Fab. 1, Iul. 11.

8-12: *Omnes - confusionem*, Prosp. Aquit. s. 32. Cf. Fel. I. pp. 5, Pelag. II. pp. ep. 3.

Rezeption:

4-7: *Tantam – feramus*: Anselm v. Lucca I,33; Polycarpus I,5,5.

4-12: *Tantam – confusionem*: Coll. Ans. ded. I,17.

¹ AEGYPTO V630; EGIPTI VD38

² AEGYPTIIS DIRECTA *fehlt* I83

³ *am Rande* Et unde supra abhinc VD38

⁴ Clarissimis V630

⁵ Romanae *korr. aus* Romae N442

⁶ *am Rande* Non pigro sed studioso VD38

⁷ laboremus *korr. aus* laboramus V630

⁸ *interlinear* auxilium VD38

⁹ *am Rande* tribuamus VD38

¹⁰ *interlinear* sustineant VD38

¹¹ *interlinear* inproperia VD38

¹² despiciantur VD38

¹³ *interlinear* furiosi VD38

¹⁴ *interlinear* mundiores VD38

¹⁵ despectio *korr. aus* dispectio V630

¹⁶ ipso N442; *korr. aus* ipso V630

¹⁷ torquetur N442

¹⁸ efficiunt VD38

¹⁹ *am Rande* indigentiam paupertatem VD38

²⁰ superbiam VD38

²¹ *am Rande* De accusationibus V630

²² *interlinear* missos VD38

²³ *am Rande* expelli VD38

15 suppellectilia et sic²⁴ nudos et exspoliatos²⁵ ad iudicia vocari, quod omni ratione caret, cum
 statuta²⁶ apostolorum eorumque successorum et praecepta imperatorum ac constitutiones
 legum idipsum²⁷ prohibeant et apostolicae sedis auctoritas idipsum²⁸ fieri vetet.
 [H.12] Praeceptum²⁹ est ergo in antiquis statutis episcopos eiectos³⁰ atque suis rebus
 exspoliatos ecclesias proprias recipi et primo sua omnia eis reddi, et demum³¹, si quis eos
 20 iuste accusare voluerit aequo³² periculo facere iudices esse decernentes episcopos recta
 sapientes et in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur,
 nec prius eos respondere debere, quam omnia sua eis et³³ ecclesiis eorum legibus
 integerrime³⁴ restituantur.

Nec mirum, fratres, si vos persequuntur, cum caput vestrum Christum dominum nostrum
 25 usque ad mortem sunt³⁵ persecuti. Ipsae tamen persecutiones patienter portandae sunt, ut
 eius discipuli esse cognoscamini, pro quo et patimini. Unde et ipse ait: Beati, qui
 persecutionem patiuntur propter iustitiam. His fulti³⁶ ³⁷ suffragiis³⁸ non multum debemus
 timere opprobrium hominum neque eorum exprobrationibus³⁹ vinci, quoniam hoc nobis
 dominus iubet per Isaiam prophetam dicens: Audite me⁴⁰, qui scitis iudicium, populus meus,

Quellen:

- 18-21: *Praeceptum - videbantur*, c. 10. Angilr. (Ben. II. 381. des. ex Cass. hist. trip. VII. 12.) Cf. Dam. 12. 13, Iul. 8.
 22f.: *nec - restituantur*, sec. Syn. III. Symm.
 24f.: *Nec - persecuti*, cf. Luc. 1.
 26f.: *Beati - iustitiam*, Matth. V. 10.
 27-36: *non - iniquitatem* sec. conc. Later. a. 649. secr. III. (Mansi 10, 978. 979). Fel. II. pp. 18, Pelag. II. pp. ep. 3.
 27-45: *non - invicem*. Eadem leguntur in Fel. II. pp. 18. 19, Pelag. II. pp. ep. 3.

Rezeption:

- 4-23: Tantam – restituantur: Ps.-Remedius c. 41; Ivo, Decr. V,246.
 13-17: Nuntiatum – vetet: Coll. Ans. ded. III,147; Ivo, Pan. IV,42.
 18-23: Praeceptum – restituantur: Coll. Ans. ded. III,148; Ivo, Pan. IV,43; Gratian C. II, q. 2, c. 6.

²⁴ sic korr. aus si VD38

²⁵ poliatos VD38

²⁶ constituta V630

²⁷ idipsum prohibeant et apostolicae sedis auctoritas fehlt VD38

²⁸ idipsum fieri fehlt V630

²⁹ am Rande Ut suis dispoliati non cogantur ad iudicia convocare I83

³⁰ interlinear expulsos VD38

³¹ am Rande postea VD38

³² am Rande simili VD38

³³ et fehlt VD38

³⁴ am Rande plenissime VD38

³⁵ am Rande vel sint V630

³⁶ am Rande sustentati VD38

³⁷ fulti korr. aus fultis V630

³⁸ am Rande auxiliis VD38

³⁹ interlinear iniuriis VD38

⁴⁰ ne O93

- 30 in quorum cordibus lex mea est. Nolite⁴¹ timere opprobrium hominum et blasphemias eorum, ne timeatis considerantes, quod in⁴² psalmo scriptum est: Nonne deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis et cogitationes talium hominum, quoniam⁴³ vanae⁴⁴ sunt. Vana autem locutus est unusquisque ad proximum suum, labia dolosa⁴⁵ in corde⁴⁶ et corde locuti sunt mala. Sed⁴⁷ disperdat⁴⁸ dominus universa labia dolosa et linguam magniloquam⁴⁹,
- 35 qui dixerunt: Labia⁵⁰ nostra a nobis sunt, quis noster est⁵¹ dominus? Nam si haec in memoria⁵² retinerent, minime ad tantam⁵³ prosilirent⁵⁴ ⁵⁵ iniquitatem. Non enim probabili⁵⁶ et paterna doctrina hoc faciunt, sed ut suam exercent in⁵⁷ servos dei vindictam. Scriptum est⁵⁸ namque: Via stulti recta⁵⁹ in oculis eius. Et: Sunt viae, quae videntur homini iustae, novissima autem earum deducunt ad mortem.
- 40 Nos enim, qui haec patimur, iudicio dei haec⁶⁰ reservare debemus, qui⁶¹ reddet unicuique secundum opera eius, qui etiam per ministros suos intonuit dicens: Mihi vindictam, ego retribuam.
- [H.13] Vos enim in recta fide et opere⁶² ac bona voluntate succurrite vicissim⁶³, nec aliquis a supplemento⁶⁴ fratris subtrahat manum, quoniam in hoc, ait dominus, cognoscent omnes,

Quellen:

36-39: *Non - mortem* sec. conc. Later. a. 649 (Mansi 10, 962. 963).

40-42: *Nos - retribuam* sec. Symm. syn. III. Cf. Zeph. 12, Fel. II. pp. 18, Pelag. II. pp. ep. 3. (Dam. 19).

44f.: *cognoscent - invicem*, Ioann. XIII. 35.

Rezeption:

43-68: *Vos – praecepit*: Coll. Ans. ded. II,127.

⁴¹ Noli VD38

⁴² in psalmo scriptum est] scriptum est in psalmo *korr. aus* inscriptum est in psalmo VD38

⁴³ qm O93

⁴⁴ vana I83

⁴⁵ *am Rande* fraudulenta VD38

⁴⁶ ore *korr. aus* orde VD38

⁴⁷ Sed disperdat dominus universa labia dolosa et linguam magniloquam *fehlt* I83

⁴⁸ disperdet N442

⁴⁹ *interlinear* superbam VD38

⁵⁰ lingua I83

⁵¹ est dominus] dominus est V630; I83

⁵² memoriam I83

⁵³ tentam I83

⁵⁴ *am Rande* insurgerent VD38

⁵⁵ prosilerent V630

⁵⁶ probabilem et paternam doctrinam] probabili et paterna doctrina V630; propter probabilem et paternam doctrinam I83; per probabilem et paternam doctrinam VD38

⁵⁷ *interlinear* contra VD38

⁵⁸ est namque] namque est V630

⁵⁹ recta *korr. aus* recti V630

⁶⁰ haec] hec ei VD38

⁶¹ quia O93

⁶² opera O93; V630; I83

⁶³ *interlinear* in invicem VD38

⁶⁴ *interlinear* auxilio VD38

45 quia mei estis⁶⁵ discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Unde et ipse per prophetam loquitur dicens: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Spirituali⁶⁶ dico habitaculo et concordia, quae in deo est, et unitate fidei, huius delectabilis secundum veritatem inhabitaculi⁶⁷, quae videlicet in Aaron magis decorabatur, atque sacerdotalem⁶⁸ induentibus⁶⁹ dignitatem sicut unguentum super caput principalem intellectum irrigans et
50 usque ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo⁷⁰ benedictionem⁷¹ et aeternam vitam promisit dominus. Huius igitur propheticæ vaticinationis meritum amplectentes⁷² praesentem fraternam syllabam exposuimus, nostra⁷³ propter caritatem minime quaerentes aut quaesituri.

Non enim detrahentibus⁷⁴ bonum est detrudere aut paulo⁷⁵ secundum vulgarem fabulam
55 excutere palam. Absit⁷⁶, non sunt nostra ista. Haec enim avertat divinitas.

Iusto iudicio dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu dei iuvantur et aguntur⁷⁷, fiant per laborum exercitia⁷⁸ clariores. Ipsi tamen, qui eos persequuntur et exprobrantur atque detrahunt, erit procul dubio vae. Vae, vae illis, qui detrahunt servos⁷⁹ dei, quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius ministerium agunt et
60 vice funguntur. Oramus autem ostium circumstantiae⁸⁰, qui neminem perire aut labiis suis pollui volumus, eorum moribus^{81 82} imponi et verbum minime nocivum concipere⁸³ nec ore proferre. Unde et dominus per prophetam loquitur dicens: Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam⁸⁴ in lingua mea.

Quellen:

46-55: *Ecce - divinitas*, conc. Later. a. 649. secr. IV. (Mansi 10,1019). Cf. Fel. II. pp. 19.

56f.: *Iusto - clariores*, Prosp. Aquit. s. 23. Cf. Sixt. II. pp. 7, Pelag. II. pp. ep. 3.

59f.: *quia - funguntur*, Ben. I. 40. et 322. (conc. Aquisgr. a. 836. C. III. c. 7. et II Cor. V. 20).

60-62: *Oramus - proferre* sec. conc. Later. 649. secr. IV. (Mansi 10,1022). Cf. Fel. II. pp. 21.

62f.: *custodiam - mea*, Ps. XXXVIII. 2.

⁶⁵ estis discipuli] discipuli estis V630

⁶⁶ Spiritali] In spiritali VD38

⁶⁷ habitaculi VD38

⁶⁸ sacerdotibus *korr. aus* sacerdotalibus V630

⁶⁹ induentes V630

⁷⁰ habitacula O93; I83

⁷¹ benedictionem et *korr. aus* benedictionem VD38

⁷² *am Rande* diligentes continentes VD38

⁷³ nostram I83

⁷⁴ trahentibus I83

⁷⁵ palo] palum *korr. aus* palo V630; paulo N442; I83

⁷⁶ absit VD38

⁷⁷ *interlinear* reguntur VD38

⁷⁸ *am Rande* afflictiones fatigationes VD38

⁷⁹ servis I83; servi VD38

⁸⁰ circumstantie *korr. aus* circum eorum stantie VD38

⁸¹ *interlinear* iniquis VD38

⁸² oribus O93

⁸³ *interlinear* mente cupere VD38

⁸⁴ *interlinear* peccem VD38

65 Dominus omnipotens et huius unigenitus filius et salvator noster Iesus Christus hoc vobis
tribuat incitamentum⁸⁵, ut omnibus fratribus⁸⁶ quibuscumque tribulationum molestiis⁸⁷
laborantibus viribus, quibus potestis, succurratis et eorum, ut dignum est, iniurias vestras
aestimatis⁸⁸, maximum adminiculum⁸⁹ eis verbis et factis⁹⁰ praebeatis, ut eius discipuli
inveniamini veri, qui fratres ut se omnibus diligere praecepit.

70 [H. 14] Ordinationes⁹¹ vero presbyterorum et levitarum tempore congruo et multis coram
adstantibus sollempniter^{92 93} agite⁹⁴ et probabiles⁹⁵ ac doctos viros ad hoc opus provehite^{96 97},
ut de eorum societate et adiumento⁹⁸ plurimum gaudeatis.

Ponite indesinenter corda vestra in virtute dei et enarrate haec et cetera divina verba in
progenies alteras, quoniam hic est deus⁹⁹, deus noster in aeternum, et ipse reget nos in
saecula. Data VII¹⁰⁰ Id. Novemb. Saturnino et Gallicano vv.¹⁰¹ cc. consulibus.

Quellen:

64-68: *Dominus - praecepit*, Cass. hist. trip. IV. 29. Cf. Fel. I. pp. 16, Fel. II. pp. 17.

69f.: *Ordinationes - provehite* sec. vit. Zeph. c. 2. in libr. pontif.

72-74: Ponite - saecula, Ps. XLVII. 14. 15.

74: Nota cons. des. e c. 1. vit. Zeph. in libr. pontif.

Rezeption:

69-71: Ordinationes – gaudeatis: Ps.-Remedius c. 42; Burchard II,3; Sentenzen c. 164; Anselm v. Lucca VII,36; Ivo,
Decr. VI,23 (69: *presbyterorum] presbyterorum diaconorum*); Polycarpus II.28.1; Gratian: D. LXXV, c.3.

69-74: Ordinationes – saecula: Coll. Ans. ded. IV,4; Ivo, Decr. VI,47.

⁸⁵ *am Rande* inspirationem VD38

⁸⁶ fratribus quibuscumque tribulationum molestiis laborantibus *fehlt* I83

⁸⁷ *am Rande* afflictionibus VD38

⁸⁸ aestamatis I83

⁸⁹ *interlinear* adiutorium VD38

⁹⁰ *interlinear* operibus VD38

⁹¹ *am Rande* De ordinationibus presbyterorum et levitarum V630; *am Rande* De ordinatione quod multis
coram astantibus fieri debet I83

⁹² *am Rande* Festive honorifice VD38

⁹³ sollempniter *korr. aus* sollempnter VD38

⁹⁴ *interlinear* facite VD38

⁹⁵ *interlinear* perfectios (!) VD38

⁹⁶ *am Rande* promovete VD38

⁹⁷ provertite I83

⁹⁸ adiumentum VD38

⁹⁹ deus *fehlt* V630

¹⁰⁰ VII *fehlt* I83

¹⁰¹ vv. *fehlt* V630